UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Albanorum & Romanorum Regum gestamen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

tionem faceret, *ſe calceaſſe tachas*, ſi non aliquid pretioſum & in calceis eximium intelligatur? Unde Targum habet יהבתי מסנן דיקר ברגליכן *poſui calceamenta pretioſa in pedibus tuis.* Vidit videlicet magnum quid eſſe, de quo loquitur Deus, *ſe calceaſſe tachas.* At nihil magis magnificum fuit quam calcei rubri, ſive coccinei, qui & olim in ſummo fuerunt honore, & proprium Regum & Imperatorum geſtamen.

XI. Rubris calceis olim uſi ſunt Albanorum Reges, ex quorum exemplo tales geſtarunt Reges Romanorum. De Romulo Zonoras refert, quod πεδίλοις ἐκέχρητο ἐρυθροῖς *calceis rubris utebatur.* Uſus eſt iis poſtea Julius Cæſar, ut ex Albæ regibus ſe ortum teſtaretur, uti auctor eſt Dio. Locus Dionis corruptè vulgo legitur: Τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει, καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε, καὶ ὑψηλῇ, καὶ ἐρυθροχρόῳ κατὰ τοὺς Βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτε γενομένους, ὡς καὶ προσῆκον σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον ἐχρῆτο. Sed pejus ab interpretibus eſt exceptus: *Quippe ſemper la-*

Zon. lib. 2. Annal.

Dio lib. 49.